

- Iudicium criminale non capitale Illud est quod intendit in poenam tantum corporis afflictivam.
- Circa petitorium et possessorium iudicium, illud hic adnotamus Quod utrumque in eadem instantia et coram eodem iudice regulariter potest proponi et cumulari, unaque sententia terminari.
- Quoad formam iudicium ordinarium sive solemnem appellatur Illud in quo omnes iudiciorum solemnitates a legibus positivis praescriptae, sunt observandae.
- Quoad formam iudicium summarium appellatur Illud in quo tantum substantiales formae, observantur, et de plano ac sine strepitu vel figura iudicii, ut dicunt, proceditur.

De Iudicibus.

- Iudex ita vocatus quasi ius dicens, defini potest *Persona legitima et vir bonus, iuris et aequi peritus, de negotiis et controversiis litigatorum cognoscendi et decidendi potestate praeditus.*
- Dicitur in definitione iudicis, persona legitima Quia iudicis persona debet esse a legibus probata; non enim omnes queunt iudicis officio defungi: prohibentur sane infames, excommunicati vitandi, minores anni XVIII, laici in causa spirituali, et regulariter feminae.
- Dicitur in definitione iudicis, bonus vir, scilicet, Prudens, ne nimia notetur severitate aut clementia, constans, ne scelerum turpitudine, aut calamitosorum lachrymis moveatur, et incorruptus, ne odio aut amicitia aut muneribus iudicium ferat.
- Dicitur in definitione iudicis, cognoscendi et decidendi praeditus potestate Sub qua continentur imperium et iurisdictio.
- Imperium consistit In iure puniendi, et iudicatum legemque exequendi.
- Imperium merum dicitur Quod nullam involvit causae cognitionem.
- Imperium mixtum dicitur Quod cum causae cognitione est coniunctum.
- Iurisdictio consistit In iure cognoscendi et pronunciandi, absque puniendi et exequendi facultate.

- Inter volentes sine strepitu iudicii etiam extra proprium territorium exercetur. Iurisdictio voluntaria
- Inter invitos cum causae cognitione, sed tantum in proprio territorio exercetur. Iurisdictio contentiosa
- Descendit ex lege et competit iudici ordinario ratione officii. Iurisdictio ordinaria
- Provenit ex homine, aut a iure ratione commissionis ab homine. Iurisdictio delegata
- Extra territorium ius dicenti impune non paretur.* Effatum iuris circa iurisditionem
- Ille qui suo territorio ratione officii aut magistratus, iure sibi proprio ex lege vel consuetudine, iurisditionem habet. Iudex ordinarius dicitur
- Ille qui aliena iurisditione utitur et habet potestatem iudicandi in causis sibi specialiter commissis. Iudex delegatus est
- Ille qui a partibus eligitur, ut de re inter ipsas partes controversas iudicium ferat. Iudex arbiter est
- Si de re inter ipsas partes controversas, ex legis praescripto, iudicium ferat. Iudex arbiter iuris sive necessarius appellatur
- Si de re inter ipsas partes controversas, ex libero ipsarum partium consensu, iudicium ferat. Iudex arbiter voluntarius dicitur
- Quia si totam iurisditionem delegaret, alium crearet iudicem ordinarium quod absque Principis vel legis auctoritate fieri nequit. Iudex ordinarius partem suae iurisditionis potest delegare, non autem totam iurisditionem:
- Nisi sit delegatus a Summo Principe in casu in quo electa industria personae non appareat. Iudex delegatus non potest suae iurisditionis partem subdelegare
- Quia ordinaria aut mandata utitur iurisditione. Iudex delegatus ad universitatem causarum, non simpliciter delegatus, sed ordinarius dicitur:
- Quia iudex ordinarius iurisditionem habet veluti sibi connaturalem, et iudex delegatus iurisditionem habet tantum accidentalem. Uterque iudex tum ordinarius, tum delegatus, tanquam suspectus potest interdum a litigantibus recusari; attamen facilius et ex leviori causa delegatus quam ordinarius:

Iustae causae suspicionis circa iudicem sunt:

Si iudex sit consanguineus vel affinis uni ex litigantibus, si iudex prius in eadem causa fuerit advocatus vel patrocinium in eadem praestiterit eius filius, aut gener, aut pater, aut socer; si iudex sit commensalis, aut dominus, aut donatarius, aut haeres praesumptivus aut curator, aut tutor alterius ex litigantibus; si iudex sit inimicus per litem declaratus, aut intimus amicus vel socius alterutrius ex litigantibus; si iudex eiusve descendentes vel ascendentes iudicium agant super eadem quaestione etiam in alio tribunali, aut sint litigantes creditores aut debitorum.

Iudicis suspecti recusatio fieri debet ante litem contestatam;

Quia secus iudex censeretur probatus, nisi post litem contestatam causa suspicionis detegatur, quo casu recusatio fieri debet cum primum causa suspicionis agnoscitur, dato iuramento, quod prius non innotuerit.

Ex Iure Canonico causa suspicionis qua iudicis suspecti recusatio fieri debet ante litem contestatam,

In scriptis proponenda est coram iudice recusato, et coram arbitris a partibus electis intra statum terminum probanda est, si ab arbitris causa frivola declarata est, iudex in causa procedit; si vero iustam decernant, iudex supersedet in causa quia *suspecti et inimici iudices esse non possunt*.

Officium iudicis delegati variis modis cessat:

Morte delegantis, re integra; morte delegati si delegatio facta sit personae non dignitati; revocatione delegationis, lapsu temporis in delegatione concessi; recusatione suspecti, et finito negotio, ut si delegatus sententiam definitivam iam pronunciaverit, et executioni mandaverit, vel per sententiam interlocutoriam, si se incompetentem dixerit.

Delegatus Apostolicus potest

Usque ad annum, per se suam sententiam exequi, nisi velit eam pro executione iudici ordinario committere.

Delegatus iudicis inferioris, ubi datus est ad certam causam

Suam sententiam exequi regulariter nequit quam debet deleganti pro executione remittere.

De actoribus et reis aliisque iudicii personis.

Qui in iudicio civili aliquid ab alio petit iudiciumque provocat.

Actor ab agendo dicitur

Actor in criminali iudicio.

Accusator dicitur

Quia principium iuris est, *ei qui dicit onus probandi incumbit*; aliter, actore non probante, reus absolvitur licet nihil ipse praestiterit.

Actor intentionem suam in iudicio ordinario per libellum suum proponit et propositam intentionem tenetur probare:

Secus enim, si non compareat in termino partibus a iudice assignato, condemnatur in expensas a reo factas, et nova citatio non conceditur nisi caveat, quod comparebit in termino, quo adveniente, si iterum contumax sit, iudicium, reo instante, vertitur, et sententia fertur.

Actor tenetur litem prosequi,

Ille est a quo aliquid in iudicio petitur aut iudicatur, ut pro scelere poenam luat.

Reus a re quae per actorem petitur appellatus,

Se negatione defendit ubi nullam habeat contrariam probationem; at ubi similis probatio adsit, si contra probationem excipiat, sic excipiendo fit actor, et suam exceptionem probare omnino tenetur.

Reus

Nisi in suo foro et postquam fuerit legitime convictus; et si iura partium fuerint obscura, reo magis favendum quam actori.

Reus condemnari non potest

Per *Procuratores* a quibus repraesentantur; et per *Advocatos* a quibus defenduntur.

Actor et reus sibi congruentes in iudicio partes implent

Qui aliena negotia mandato domini in iudicio, sive extra administrant.

Procuratores sunt

Qui extra iudicium alterius vices gerunt.

Procuratores extraiudiciales sunt

Qui in iudicio alterius partes sustinent, quique simpliciter procuratores *ad lites* appellantur.

Procuratores iudiciales sunt

Legis periti qui facta legibus comparantes, tum lege, tum ratione, quid in quaque causa iustum sit

Advocati sunt

demonstrant, et iura rationesque reorum vel actorum exponunt.

Advocati appellantur

Iustitiae sacerdotes.

Inter procuratorem et advocatum haec sunt praecipua discrimina:

Procurator debet exhibere mandatum, quod non requiritur in avvocato; procurator post litem contestatam fit dominus ipsius litis, quod non contingit in avvocato; si procurator delinquat in suo officio tenetur actione mandati, advocatus vero tantum actione doli, et procuratoris officium est onerosum et privatum, illud autem advocati honorificum et publicum.

Ex iure Canonico procurator

Non cogitur acceptare mandatum.

Ex iure Canonico advocatus

Per iudicem compelli potest ad patrocinium illius suscipiendum qui non habet defensorem.

Procurator debet exhibere mandatum, quod si laborat vitio nullum reputatur iudicium:

Quia falsi procuratoris exceptio tum ante, tum post sententiam obici potest.

Mandatum expressum ex Iure Canonico

Litteris efformatur.

Mandatum praesumptum ex Iure Canonico

Ratione propinquitatis inter mandantem et mandatarium, ab ipsa lege praesumitur.

Mandatum generale

Est ad omnes causas.

Mandatum speciale

Est ad aliquas causas tantum.

Procurator cum generali mandato non potest quaedam graviora in causa regulariter peragere, sed ad haec requiritur speciale mandatum,

Uti foret iuramentum deferre vel delatum acceptare aut emittere, uti foret compromittere aut transigere.

Procurator ad agendum et defendendum quilibet constitui potest,

Ut filius familias, et laicus in causis spiritualibus, modo causa procuratorem non repellat et non repellat lex.

Lex canonica regulariter repellit ut procuratores

Monachos, excommunicatos, infames, minores annis XVII in negotiis, et minores annis XXV in iudiciis; et mulieres.

Qui constituuntur a Monasteriis, Capitulis, collegiis et universitatibus.

Procuratores *Syndaci* appellantur

Per se nequit in iudicio agere, sed necesse est ut ad hoc sibi deligat procuratorem.

Quaelibet universitas utpote persona moralis

Servatis regulis quae ad validitatem deliberationum sunt adhibendae.

Deputatio procuratoris *syndaci* fieri debet a collegio

Per eius mortem, per renunciationem aut mandati revocationem, si alius procurator legitimus in causa comparet, qui litigantium partes sustineat.

Procuratoris officium cessat

Ita ut etiamsi dominus mandatum revocaverit, adhuc acta per procuratorem revocatum valida erunt.

Libera ab initio est mandati acceptatio, qua posita et lite contestata, eius executio fit necessaria,

Sincere et prudenter causam tractare et causam suscipere veram et iustam, aut vere probabilem, quae spe victoriam contineat.

Advocatus debet

Ne per nefas in victoriam nitatur.

Advocatus et procurator nequit cum cliente pacisci de quota litis

Ne timore litis iustitiam commutativam laedat.

Advocatus et procurator nequit cum cliente contractum emptio- nis et venditionis vel permutationis, aliumve similem inire,

Assessor, Promotor fiscalis, Cancellarius et Cursor.

Iudicium quandoque ex convenientia, quandoque ex necessitate, alias personas requirit, scilicet:

Vir iuris peritus quem iudex ad recte iudicandum tamquam consilium sibi associat, et dicitur assessor, quia penes iudicem assidere solet.

Assessor est

Quando vel ob iuris imperitiam vel ob negotiorum multipliciter, omnia per se iudex expedire nequit.

Assessor datur a Superiore vel assumitur ab ipso iudice

Nulla pollet iurisdictione nec iudicium praerogativis fruitur, nec publicum gerit officium.

Assessor ex veriori sententia

Promotor sive procurator fiscalis est

Vir iurisperitus, fidelis, zelo religionis et animae fortitudine conspicuus, quem Episcopus in sua Curia eligit et iuramento adstringit, ut iura Ecclesiae defendat tam in bonorum ecclesiasticorum conservatione, quam in procuranda reorum punitione.

Promotor dicitur Fiscalis

Quia iura fiscalia curat.

Iura Fiscalia sunt

Ea in quibus agitur de publica pecunia vel vindicta.

Patet qualis et quanti momenti est officium promotoris fiscalis:

Quia promotor fiscalis non solum tanquam solers procurator in causa Ecclesiae, debet bona curare, instrumentis et hypothecis tuta reddere, deperdita vindicare, et omni modo providere ne pereant, sed ut augeantur; verum etiam tanquam accusator, impavidus, criminum reos ad tribunal adducere, de delictis convincere, proque eorum condemnatione instare.

Ita procuratoris vel promotoris fiscalis officium necessarium est in criminalibus,

Ut promotor citandus est in omnibus actis quae fiunt contra reum, et si feratur sententia contra reum non citato promotore fiscali, sententia nulla est.

Promotores fiscales certum est

Quod possunt esse plures et revocari possunt.

Cancellarius sive Actuarius est

Notarius Curiae addictus ad acta curialia conscribenda et servanda, ad exemplum notariorum saecularium.

In iudicio debet interveni Cancellarius

Quia non sufficit processus fieri et sententias edi, sed requiritur ulterius, processus et sententias publicam obtinere fidem ac perpetuam gestorum conservare memoriam; at Cancellarius est qui acta in publica instrumenta convertit, ac perpetuo ad fidem faciendam servat.

Cancellarius a cancellaria, et actuarius ab actuarius ab actis nuncupatur; simplicibus notariis praestat:

Quia nedum officium Cancellarius vel Actuarius exercet in actibus privatis et extrajudicialibus, sed etiam in ipsis actibus publicis et iudicialibus.

Notariatus et tabellionatus officium

Regulariter clericis est interdictum, exceptis causis fidei, in quibus clerici possunt hoc officium exercere, si id prius in saeculo exercuerint.

Cancellarius debet esse laicus.

Clerici, etiam presbyteri, ad officium Cancellarii in Curia Ecclesiastica admittuntur.

In criminalibus

Ex inveterata Curiarum praxi et legitime praescripta consuetudine

Tum quia in pluribus soli clerici possunt officium Cancellarii gerere, tum quia clericus magis quam laicus clero acceptus est, ac magis arcanis rerum ecclesiasticarum convenit negotiis.

Magis expedire videtur ut clericus in Cancellarium assumatur,

Opera Cancellarii uti in omni iudicio ordinario; neque debet Cancellarium admittere quem non probaverit idoneum, et quem iureiurando non perstrinxerit ad fideliter suum officium implendum.

Ordinarius tenetur

Cursor sive Nuncius sive Apparitor, quod id sonat.

Ad iudicium concurrat

Qui citat partes, ut ad iudicium veniant, qui processus et actus iudiciales exequitur quique iudicis iussa facit.

Cursor est

Ut personae publicae, et publico instrumento constituendi sunt.

Cursor et Promotor fiscalis et Cancellarius considerantur

Scripto factis et in processu insertis, regulariter credendum est, maxime si iuramento sint vallatae.

Cursoris relationes

De foro competenti.

A *fando* sive *ferendo* dictum est.

Forus sive forum

Iudicii locus ad quem actor suam fert actionem.

Forus est

Forus proprius ad quem actori competit vocare reum, ut suas experiatur actiones.

Forus competens est

Quia cum reus ad iudicium trahatur invitus, potestas et iurisdictio necessaria est in iudice trahente, ne reus queat mandatum iudicis spernere.

Ex regula generali, actor forum rei sequi debet:

Reus ad comparendum coram iudice incompetente citatus, sui copiam facere absolute loquendo non tenetur, sin secus, tenetur comparere, et incompetentiae exceptionem proponere, de qua ipse iudex primum pronunciat.

Si incompetentia iudicis certa et evidens est

Sententia a iudice lata non valet, et acta iudicii

Si incompetentia